

us curationem reliquiæ in parte aliqua externa,  
vt brachio, pede, membro virili, remansere.  
Quibus pars illa suffumigatur per infundibulum  
fumum recipiendo. Aduertendum tamen, fuf-  
fumigationem loco calido fieri debere, deinde  
etiam usus tempore, dum ægro administratur,  
caput foris detineatur, ob metum suffocationis  
( quod multis ob incuriam accidit ) vel etiam  
raucedinis. Addere lubet vnicum exemplum suf-  
fitus odorati.

*℞. Rad. ireos florent. lib. i.*

*rosar. lib. 3.*

*santal citrini ℥ iiiij.*

*ligni aloes, benzoini an. ℥ iiij.*

*styracis ℥ i.*

*Garyophyll. ℥. 3.*

*puluerisentur omnia, Dein adde moschi,*

*ambra vel zibethi ad placitum,*

Hic puluis vulgo puluis violarum, à radice i-  
reos, quæ à quibusdam radix violarum voci-  
tatur.

*De Pilis odoratis.*

**C A P. LIX.**

Pillæ odoratæ, quæ vulgo poma ambræ, co-  
quod communiter ambram recipient, di-  
cuntur. Materiam habent eandem, quam &  
suffumigia odorata, vt pote styracem, ladanum,  
ambram, moschum, & similia. Exemplum pilæ o-  
doratæ tempore pestifero:

S 4

*℞. La-*